

FELICIANI
DE OLIVA

E SOUZA, LUSITANI,

JURIS CANONICI PROFESSORIS,

olimque in vrbe Elvensi Vicarii Generalis, postea in inclyta Bracharensi Curia
Hispaniarum Primate & Vicarii Generalis, indeq; Episcopatus Vicensis, &
tandem Lamacensis, cum potestate quasi Episcopali, Gubernatoris.

TRACTATUS

DE

FORO ECCLESIAE

Principaliter

MATERIAM VTRIVSQUE POTESTATIS SPIRITUALIS,
scilicet & temporalis respiciens.

In quo utriusque FORI ECCLESIASTICI & SECVLARI plures Questiones, quae
quotidie Incidunt in praxim, disputantur ac resolutionem accipiunt.

In tres Partes divisus.

Cum INDICIBUS Questionum, Summar. & Materiarum locupletissimis.

PARS PRIMA



COLONIAE ALLOBROGVM
Sumptibus LEONARDI CHOVET.

MDC.LXXVIII



ARTIS

Ad

M L E C T O R E M O

Bene-volum.

LANTA fuit, *Amice Lector*, celeberrimi quondam Doctoris OLIVÆ fama, tantoque cum applausu duas priores operis hujus partes impressas recepisti, ut non parvæ me futurum esse putarem, & ubi & omnibus utilitatis, si nec expensis parcerem neque laboribus, ut tertiam mihi partem compararem, & opus integrum redderem: en tale tibi illud offero, hilari quæso fronte perlegas, certus quod nihil clarius, nihil profundius, nihilque hæc in materiâ locupletius invenies. Duæ primæ partes fuere, plurimis ab erroribus, qui in prima impressione irreperant, expurgatæ: totum opus est amplissimis Tabulis, tum Quæstionum, tum Materiæ illustratum, summario locupletissimo auctum, & fidelissimis citationibus Exornatum; nulla tandem ex mea parte defuit diligentia, ut illud tibi præberem perfectissimum; de hoc uno solum monendus es, scilicet quod nescio quâ necessitate coacti Typographi Doctorum approbationes in fine tertiæ partis apposuere, ibi illas invenies; multas Lusitanico idiomate citationes videbis, forsitan non sine erroribus, sed ut mihi polliceor à tuâ bonitate facile parces, cum hoc non intelligat qui relegit opus in reliquis certò habebis emendatissimum, nullosque, ut puto, errores invenies, si qui tamen inadvertenter irreperint, cogita quod solus Deus infinitè perfectus, summè perfecta potest producere, sic precor condona, hoc à te spero, Lector Benevole, dum alia, non minoris vel oblectamenti, vel utilitatis tibi offerenda dispono. Vive diù fælix. Vale.

ARTIS



DE FORO ECCLESIAE PARS PRIMA.

QVÆSTIO PRIMA.

De significatione hujus vocabuli, Forum, seu Forus, & de aliquibus resolutionibus, quæ inde oriuntur.

S U M M A R I U M.

1. Forum forus, vel forum, quid importet?
2. Utrum forus, vel forum, pro legibus, seu statutis particularium Regnorum sumatur.
3. In genere neutro pro territorio, in masculino vero pro loco iudicii, ubi ius dicitur.
4. Pro iudicio, potestate, vel jurisdictione regulariter accipitur.
5. Forus, seu forum dividitur principaliter in Ecclesiasticum, & seculare.
6. Forus, seu forum Ecclesiasticum, duplex est, exterius, scilicet, & interius.
7. Consilia coram, quæ ad forum pertinent Ecclesiasticum, an intelligenda sit de utroque foro exteriori scilicet, & interiori, & n. cum sequentibus.
8. Verba privilegii, & aliorum eiusdem generis dispositionum comprehendunt omnia, quæ ex sua proprietate comprehendere possunt, quomodo hoc sit intelligendum n. 10.
10. Verba privilegii in prejudicium concedentis latè interpretanda, sicut in præcedenti n. 11.
11. Dispositio est si iudicium comprehendat, potestatem vero dispensandi, latè.
13. Concessio generaliter ab Episcopo suo Vicario generali seu officiali, sub jurisdictione fori Ecclesiastici capta, comprehendatur, quæ pertinent ad forum contentiosum; sicut si Vicario in spiritualibus.
14. Concessio cognoscendi de causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus, intelligitur de foro contentioso.
15. Verba concessione jurisdictionis, seu privilegii, in præsentationem termini sicuti sunt interpretanda.
16. Forus, seu forum dividitur in forum conscientie, & forum penitentiale.



FORUS, seu vocabulum forum, vel forus, multipliciter accipitur, notant Glossæ, Rami, Abbas, & alii communiter in rubrica, De foro competenti, in Decretalibus, Ceterorum verba forum, & ultra varias significationes, quas referunt citari accipitur hoc verbum, in genere masculino, aliquando

pro legibus, & statutis particularium Regnorum, ut in Anagonda, ubi leges eisdem Regni, fori, appellantur, de quibus. *Idem in decisionibus passim, tam in prima, quam in secunda parte agitur, & mentionem facit.* De hac etiam significatione agit Mach. de jurisdictione l. parte, cap. 1. cum sequentibus.

3. Omnibus autem illis significationibus, de quibus Glossæ, & Doctores in dicta rubrica, & Ceteris, locis, omittentiam etymologia, agendo tantum de eo, quod ad nostram institutionem pertinet, dicimus secundum aliquos, forum, in genere neutro, territorium significare, de quo in leg. Paribus §. Territorium, ff. verborum significatione; in masculino autem pro loco iudicii, hoc est ubi ius redditur à iudice, accipi, probatur in capite Forus, de verborum significatione, ubi Abbas, & alii, idem Abbas in dicto rubro, De foro competenti, post glossam, & Rami, & Hostiensis in summa eodem titulo §. 1. Et hæc est communis opinio secundum Abbatem in his locis, & secundum hanc opinionem: de altero modo innotum agitur in titulo De foro competenti, in Decretalibus, Sexto, & Clementinis; nam, secundum eos, idem est dicere de foro competenti, ac de territorio, vel de loco iudicii, ubi quis conveniri, & respondere debet, ut Abbas declarat in dicto rubro.

4. Accipitur etiam hoc vocabulum (forum) seu (forus) pro iudicio, jurisdictione, vel potestate: Hostiensis in summa dicta §. 1. Abbas in dicto rubro, ubi asserit, quod appellatione fori, si materia subiecta patitur, veniunt jurisdictionalia, idem asserit Anton. Buer. in eodem rubro, etiam in fine, namque consil. 49. num. 6. & 10. lib. 2. Barbara etiam in dicto rubro num. 6. & est communis, & vera sententia. Unde idem est dicere de foro competenti, ac de jurisdictione, seu iudicio competenti, & idem est dicere hæc res, questio, persona, seu causa pertinet ad forum Ecclesiasticum, vel seculare, ac dicere, ad jurisdictionem spirituales, vel temporales, est de mente omnium, qui de hac materia agunt. Hinc est, quod casus mixti fori ita appellantur, quia ad utramque pertinet potestatem, & datur locus preventionis, ut in capite. Cum sit generale, De foro competenti. Hinc etiam oritur, quod idem est dicere, forus, quis forus ratione delicti, contractus, & rei litæ, ut in cap. ult. de foro competenti, & in leg. Hæc absent, cum sit §. ff. de iudicio, ut utrobique Doctores notant, ac dicere, est iudicium subditus iudicis illius territorii, ut coram illo possit conveniri, quod etiam colligitur ex dictis Doctorum, qui de his agunt in dictis locis, & alibi, & in hoc sensu, idem, pro jurisdictione, potestate, & iudicio, communis usus loquendi scribens, iam hoc utitur vocabulo, ut facile

FELICIANI
DE OLIVA

E SOUZA, LUSITANI

JURIS CANONICI PROFESSORIS;

olimque in vrbe Elvenfi Vicarii Generalis, postea in inclyta Brachatenfi Curia
Hispaniarum Primate & Vicarii Generalis, indeq; Episcopatus Vicensis, &
tandem Lamacensis, cum potestate quasi Episcopali, Gubernatoris.

TRACTATUS

DE

FORO ECCLESIAE,

Principaliter

MATERIAM VTRIVSQUE POTESTATIS SPIRITUALIS,
scilicet & temporalis respiciens.

In quo utriusque FORI, ECCLESIASTICI, & SECVLARIS, plures Quaestiones, quae
quotidie incidunt in praxim, disputantur ac resolutionem accipiunt.

Cum INDICIBVS Quaestionum, Summar. & Materiarum locupletissimis:

PARS SECUNDA.



COLONIAE ALLOBROGVM,
Sumptibus LEONARDI CHOVET:

M. DC. LXXVIII

Handwritten note:
Bibliotheca
Museum
1700

FELICIANI
DE OLIVA
E SOUZA, LUSITANI

JURIS CANONICI PROFESSORIS;

olimque in vrbe Elvensi Vicarii Generalis, postea in inelyta Bracharensi Curia
Hispaniarum Primati & Vicarii Generalis, indeq; Episcopatus Vicensis, &
tandem Lamacensis, cum potestate quasi Episcopali, Gubernatoris.

TRACTATUS

DE

FORO ECCLESIAE,

Principaliter

MATERIAM VTRIVSQUE POTESTATIS SPIRITUALIS;
scilicet & temporalis respiciens.

In quo utriusque FORI, ECCLESIASTICI, & SECVLARIS, plures Quaestiones, quae
quotidie incidunt in praxim, disputantur ac resolutionem accipiunt.

Cum INDICIBVS Quaestionum, Summar: & Materialium locupletissimis:

PARS TERTIA.



COLONIAE ALLOBROGVM,
Sumptibus LEONARDI CHOVET.

M. DC. LXXVIII

Handwritten text in a cursive script, likely a library or collection stamp, located in the bottom right corner of the page.

DE FORO ECCLESIAE PARS TERTIA.

QVÆSTIO I.

Quis verè subditus alicujus esse dicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Subditus quibus modis quæ dici potest, resumat. n. 23.
- 2 Superioritas & subiectio ex duplici oritur capite.
- 3 Potestas auctoritativa quæ sit & quibus competat.
- 4 Potestas quæ ex jurisdictione procedit dividitur in voluntariam & contentiosam.
- 5 Jurisdictionis contentiosa quæ sit.
- 6 Clerici Ecclesie ac ecclesiastica persona quo ad atractionem jurisdictionem Pontifici summo subiacentur.
- 7 Seculares personæ cui subiacentur.
- 8 Potestates spirituales scilicet & temporales diversa sunt, & temporam à fonte in mundum derivant inferiores.
- 9 Iudex quæ criminalem jurisdictionem tantum habet subditos non habet quoad civilem.
- 10 Iudex criminalium causarum in incidentibus potest cognoscere super damnis & interestibus & restitutione rei ablata & num. 11.
- 11 Iudex criminalium causarum in essentia causa criminali cognoscere potest de civili tantum ex crimine descendens.
- 12 Iudex criminalium causarum non potest cognoscere ex parte principalem de civili descendens ex crimine, delectetur. num. 12.
- 13 Libellus in dubio in favorem libellantis interpretari debet.
- 14 Causa criminalis licet primo petatur damnum interesse aut pena pecuniaria & secundo lino criminali.
- 15 Subditus est considerandus illis iudicibus qui de crimine ab eo commisso cognoscere potest.
- 16 Iudex malefactorum in Lqsitania potest condonare in pena pecuniaria imposita à lege nullam aliam pro crimine imponere.
- 17 Iudex civilem causarum tam ordinariam quam delegatam potest cognoscere incidenter de crimine & num. 10.
- 18 Subditus quæ verè censendus sit iudicis civilem causarum & ejus quæ limitatam habet jurisdictionem.
- 19 Subditus quoad atractionem jurisdictionem criminalem scilicet & civilem talis dicitur. Quæ dicatur alicujus proportionaliter. 23.
- 20 Parochus & alius sacerdos qui potestatem habet audiendi confessiones utrum possit absolvere ab excommunicatione auctoritate majori.
- 21 Absolutio ab excommunicatione juridicè est facti exterioris.
- 22 Parochus seu alius Confessor non potest dispensare nisi est specialiter committatur.
- 23 Dispensatio ad jurisdictionem facti exterioris pertinet.

Pars III.

- 24 Prelatus potestatem non habens visitandi & excommunicandi curiam auctoritate lato modo habere dicitur.
- 25 Prelatus potestatem habens conferendi beneficium seu instituendi ex privilegio, non potest facere iurisdictionem.
- 26 Colatus seu institutus beneficium ad voluntariam pertinet jurisdictionem.
- 27 Concursus facere & compellere excommunicatos ad conventum pertinet.
- 28 Resignationem recipere non potest prelatus inferior licet potestatem habeat conferendi seu instituendi.
- 29 Officia ex privilegio quæ potest conferre non potest idem restituere, nec recipere resignationem. 34.
- 30 Subditorum quæ sit mens intelligitur secundum subiectam materiam.
- 31 Excommunicatio lata contra delinquentes etiam subditos tantum ratione delicti comprehendit.
- 32 Subditorum appellatio ut tantum veniat qui tales sunt ratione domicilii & n. 42.
- 33 Diversarum appellatio veniat tantum illi qui tales sunt ratione domicilii.
- 34 Per diversarum appellatio veniat tantum illi qui sunt ratione domicilii.
- 35 Subditorum archiepiscopi appellatio veniat tantum iocula sua diversè non vero suffraganeorum.
- 36 Clericus in causa reconvictionis coram iudice seculari ipsius quidem iudicis seditione explet quoad eandem causam, sic etiam in feudali.

MULTIS REBUS multisque modis potest quis subditus appellari, quidam enim subditi sunt simpliciter & absolute quidam vero secundum quid, nam subditus ille dicitur qui aliqua ratione alteri subditus vel subiectus & idem subditus ac subiectus synonyma sunt. Paul. de Hebr. capit. 13. ibi absolute preposito nostro. & subiecto eo. Et in cap. magnus 22. capit. 1. artic. 4. §. Vultus ibi premissis nostro subiecto imperio Cod. de novo Cod. Confino. Et in artic. ut omnes obediant iud. in premissis vers. Hac considerantes ibi iudicibus quicumque nostris obedimus superioribus. Et in cap. à nobis in principio de sent. excommunic. ibi non nisi subditi. Et in cap. Romanus §. Porro ibi subditus eiusdem jurisdictionis. Et in capit. licet de off. ord. ibi sue jurisdictionis subditi. Omnis autem qui superiores habet, subditus est illi vel secundum quid vel simpliciter Paul. ad Romanos. 13. refertur in cap. omnia omnia de vers. Et in cap. magnus. Et in cap. solite in principio de major. Et obed. deditur ex epistola 7. Beatisissimi Patris Apostolorum Principis.

Ex duplici autem fonte oritur superioritas ac subiectio alia namque ex potestate economica, alia vero